pecudum equorum equitiés ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae dedit donavit dotalitavit inscripsit et reformavit prout dat donat dotalitat inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam nobilem Mariannam Herody: sha sua recognoscentis consortem legitimam eiusque posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa gravis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum reformationum hactenus ordinarius in Regno observari solitarum.

Eorumdem Czaykowskich mutua Advitalitas. 420

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneal. Premysliensibus nobiles Petrus Czaykowski Slonimka cum Slonimka olim nobilis Theodori Czaykowski Slonimka consorte eius legitima olim nobili Anastasia Herodyska nobilis procreates filius ab una atque Marianna Herodyska nobilis Lucas Herodyski Laskowiecz cum olim nobili Susanna [illegible] procreata filia partibus ab altera consortes eius legitima procreata filia partibus ab altera coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibus que suis quibus suis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero castrensi capitaneal. Premysliensi iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice atque per expressum recognoverunt et ipsa singulis et illorum suo nomine ipse recognovit. Quia ipsi et praecipue consors cum eadem mariti sui viri tutoris et personaliter assistente ad infrascriptam recognitionem coniugalis personaliter assidue et [illegible] comparens recognoscenda consensu sibi mutuo et invicem alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum in summa

quammuis pecuniariarum nec non auri argenti clenodiorum
unionum margaretarum vestium vestimentorum tum stanni &
aeris cupri orichalci pecorum pecudum equorum equitaturae acto
niis supellectilis domesticae in quacunq forma et materia
existentes nunc habitis etiam post habendis mutuam ad
invicem et [illegible] ad extrema vitae utriusq eorum
tempora tantummodo et non ultra inscripserunt concesse
runt et assignaverunt prout inscribunt concedunt et assi
gnant praesentibus tali videlicet modo et conditione. Quod si pri
us praefatum nobilem Petrum Graykowski Hominkla maritum
quam ipsam nobilem Mariannam Horodyska consortem
suam mori et de hac luce decedere contingent extunc eadem
nobilis Marianna Horodyska consors sua bona supra scripta
omnia et summas pecuniarias morte praedicti mariti sui de
relinquendas cum omni eorundem iure dominio et proprietate
competentiaq et praerogativa quavis omnibusq et singulis
eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et
possidebit illisq quiete et pacifice utifruetur ad extrema
duntaxat vitae suae tempora. Post fata vero praefatae illius
consortis suae [illegible] praedicta bona etiam generaliter omnia
in corpore praesentium subiecta morte praedicti mariti sui derelin
quenda ad successores praenominati mariti sui sine quovis impedi
mento et contradictione successorum praedictae consortis suae tota
liter et plenarie devolventur. Similiter quoque si prius praefatam
nobilem Mariannam Horodyska consortem suam quam ipsum no
bilem Petrum Graykowski Hominkla maritum suum mori et
de hac luce contingent extunc idem maritus bona supra scripta
generaliter omnia morte praedictae consortis suae derelinquenda
cum omni iure dominio et proprietate tenebit habebit et pos
sidebit illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae
tempora utifruetur. Post mortem vero et de hac luce decessum
eiusdem mariti sui extunc bona supra scripta eiusdem consortis suae
morte derelinquenda ad successores suos sine quovis impedimento
et contradictione successorum mariti sui totaliter et plenarie devol
ventur. Super quibus praesentes personaliter recognoscentibus ad praemissa me
diantibus.

p. deudit

Feria